



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Joachimus Pater B. M. V. 20. Martij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

20. Mart. VITÆ SANCTORUM. 187
vidit, quando longè pōst futura vidit,
prædixit; consciens lethalis noxæ animos
inspexit; è ligno, quo Christus pepen-
dit, reliquias, cordis tactu veras esse
pervidit, eoquæ oculis jam penetravit, ut
quo Christus sub panis orbe, quo non
lateret, perspiceret. Sed illa oculis ca-
renti jucundissima spectacula fuere: vi-
dere non semel festo Pentecostes die sa-
crum Pneuma supra caput suum descen-
dere. Denique cūm precabunda beatissi-
mum illum pusionem J E S U M, illum
illum solem potuit intueri, an non octu-
los habuisse jam probos putemus? Enim
verò si oculis tunc non vidit, ac certè
charius aliquid oculis vidit. Extom. 14.

Bzovii.

Præoccupatum secularibus desideriis ani-
mum delectatio sancta declinat, nec misceri
poterunt vera vanis, æterna caducis, spiri-
tuali a corporalibus, summa imis; ut pariter
sepias qua sursum sunt, & qua super ter-
ram. S. Bern. hom. 5. de Alcens.

S. JOACHIMUS PATER B. M. V.

20. Martij.

J OACHIMUS è regiâ Davidis stirpe
assem suum trifariam divisit. Partem
templo sacram, alteram egenis & peregrini-
nis communem, ultimam sibi & familiæ
voluit reliquam; testamento, quod vel cæ-
lū probavit. Nam cūm in ipsam senectam
usque

188 VITÆ SANCTORUM. 20. Mart.
usque sine hærede vixisset (probrio id x-
tatis ac loci tanto. ut cum sacrificio suo
etiam repulsam ab arâ tulerit) precibus
suis apud Numen hoc questus, candidissi-
mum nuntium certæ prolis accepit. Et
verò spem ipse etiam rei eventus longè
maximè superavit. Nata enim MARIA,
& cum MARIA, renatus orbis est. Et
pensavit profectò partus tam serus, quid-
quid morarum traxerat. Potuit ignosci
tempori tam magna parturienti: potuit
J o a c h i m u s hâc unâ filiâ beatus ri-
dere populos alios filiorum. Proinde of-
ficium patris facturus, cælo filiam, cui
debebat, vix trimulam dicat, & tumplo
jam tum ancillam sacrat, nullam cum
hoc sacrificio repulsam ab arâ extimes-
cens. Ipse certus de Servatore sinum
Arahæ petit, inde paucis pôst annis
triumphantem CHRISTUM ovans se-
quitur in cæli arces. Ibi ille olim sterilis
senex omnium parentum gloriam nunc
exæquat. Summa ejus est, genuisse talem
filiam, quæ talem illi nepotem peperit.
*Ex S. Io. Damasc. l. 4. de Fide Oris. &
orat. de Nat. Mariae.*

*Si primi non exaudiris, ab oratione non
deficias, imò precibus & clamori insistas;
vult Deus rogari, vult cogi, vult qualam
importunitatem vinci. Ideo tibi dicit: Re-
gnum cælorum vim patitur, & violenti rá-
piunt illud. S. Greg. in psalm. G. Poenit.*

S. C U T H-